

sine appellatione rescindantur^{a)}, l. I, § *Ex*^{t)} *hoc edicto*²⁷⁾ et C.^{u)} *Quomodo et quando iudex*, l. v) *Ea que*²⁸⁾, et w) maxime in causis, que summi pontificis^{u)} iudicio deciduntur, ordo iuris et vigor equitatis est subtiliter observandus, ex. *De sententia et re iudicata*, c. *In causis*²⁹⁾ —, sequitur, quod predicti^{x)} processus, immo verius excessus, fuerunt nulli et nullius valoris penitus^{y)} et momenti.

Nec obviat^{z)}, si dicatur, quod dictus Iohannes^{a)} in civitate Avinionensi^{b)} provincie Provincie^{c)} existens cum sua curia per suas litteras, quas dicitur ad fores ecclesie maioris Avinionensis^{d)} appendi fecisse, nos absentem^{e)} citavit³⁰⁾, quoniam talis citatio, esto quod appareret^{f)}, nullatenus^{g)} fuit nec est^{h)} dicenda legitima rationibus infrascriptis:

Prima ratio est, quiaⁱ⁾ secundum canones et iura ad hoc, ut censeatur et dici possit^{k)} citatio^{l)} legitima, necesse est, quod^{m)} is, qui citandus est, citetur aut personaliter, si inveniri potest, autⁿ⁾ si non potest inveniri, publice citetur ad domum suam; alias nisi sic citetur, non potest contra ipsum^{o)} procedi, ut aperte probatur IV. q. V. c. *Quisquis*³¹⁾ et ex. *De dolo et contumacia*, c. *Causam que*^{p)}³²⁾ in textu et glossa et in^{q)} c. *Venerabilis*³³⁾ in fine et *De clericis non*^{r)} *residentibus*, c. s) *Ex tue*³⁴⁾ et ex. *Qui matrimonium accusare possunt*, c. I.³⁵⁾ et *De eo, qui mittitur*

a) rescindende G

t) et K

u) cap. G; C. — pontificis *fehlt*
NpNv

v) I. E

w) *folgt* in V

x) dicti G

y) *fehlt* NpNvV

z) obstat NpNv

a) *fehlt* Nv

b) Avinionensis KV; Avinionis E;
Avenionensi G

c) *fehlt* GE

d) Avenionensis G

e) nobis absentibus G

f) apparet NpNv

g) nullius NpNv; nulla G

h) *fehlt* NpNv

i) quoniam NpNv

k) potest NpNv

l) *fehlt* NpNv

m) *folgt* m oder in Nv

n) *fehlt* NpNv

o) eum V

p) *fehlt* G

q) *fehlt* ENpNv

r) *fehlt* NpNv

s) *fehlt* E

27) Dig. 49. 8. 1. 3: *Item cum ex edicto*.

28) Cod. 7. 43. 7.

29) X 2. 27. 19.

30) Vgl. MGH Const. 5 Nr. 944, S. 786.

31) C. 4 q. 5 c. 1.

32) X 2. 14. 3.

33) X 2. 14. 10.

34) X 3. 4. 11.